

3 gennaio 1154

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 13. Diplomatico generale n. 407. 1154 gennaio 3 stile pisano=stile comune. Indizione 2. LUNGA.

Edizioni:

BONAINI, *Statuti inediti della città di Pisa dal XII al XIV secolo*, vol. I, Firenze 1854, pp. 318-9.

Regesto:

Villano, arcivescovo di Pisa, dona a Pietro del fu Alberto, rettore e procuratore dell'ospedale e del ponte di Ugione, 400 staia di terra seminativa, posta intorno al predetto ospedale; qualora questo ospedale venisse a mancare, la terra ritornerà all'arcivescovo.

Fatto in Pisa.

Rogò Ugo notaio della sede apostolica.

Originale:

(S) In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Quoniam iustis et piis petitionibus dari oportet consensum cunctisque locis venerabilibus exhiberi decet suffragium, ut bonis que temporaliter ibi fuerint id exhibentes eternaliter remunerentur, ideo ego Villanus, dei gratia Pisanorum archiepiscopus, te Petrum quondam Alberti filium, rectorem et procuratorem hospitalis et pontis de Oscione, que sub nostro regimine et tutela et proprietate sunt constituta, diligenter nos iusta et pia petentem audiens, in dei nomine dono et trado atque concedo tibi supradicto Petro, ad partem et utilitatem iamscripti hospitalis et omnium fratrum ac pauperum ibidem commorantium seu venientium, ducenta statoria integra de terra ad iustam seminaturam, iuris iamscripti archiepiscopatus, posita circa predictum hospitale ex ista parte prefati pontis, in quibus predictum hospitium est fundatum, in unum se continentia, et alia ducenta statoria simili modo se in unum continentia ex altera parte eiusdem pontis et circa ipsum manentia, ut ab hac hora in antea predicta quadringenta statoria de terra ad iustam seminaturam, cum omni iure et proprietate et actione sua, sint proprii iuris iamscripti hospitalis et nullo tempore deinceps tibi prefato Petro vel alicui eiusdem hospitalis rectori iamscriptam terram vendere seu quomodolibet alienare liceat vel possibile sit, neque michi aut meis successoribus hanc donationem de cetero revocare quolibet modo vel ingenio liceat, nisi forte, quod absit, prescriptum hospitale ibi esse desierit, et predictum hospitium sub nostra manu et regimine atque ordinatione reservamus.

Hactum Pise in palatio nostro, presentia testium: Sismundi quondam Conecti, Bernardi quondam Uberti Maragonis, Pacci quondam Gerardi, Cavalli quondam Guidonis, Baldarelli quondam Erithi, Gerardi quondam Gerardi; anno dominice incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo quarto, tertio Nonus ianuarii, indictione secunda.

+ Ego Villanus, Pisanus indignus archiepiscopus, subscripsi.

+ Ego Leo archipresbiter subscripsi.

+ Ego Iohannes, presbiter et canonicus Pisanę aecclesię, subscripsi.

+ Ego Bernardus, presbiter et canonicus Pisanę aecclesię, subscripsi.

+ Ego Rolandus, diaconus et canonicus, subscripsi.

+ Ego Bernardus, Pisane aecclesiae diaconus et canonicus, subscripsi.

+ Ego Rainerius, Pisane ecclesie diaconus et canonicus, subscripsi.

+ Ego Benincasa, Pisane ecclesie canonicus et diaconus, subscripsi.

+ Ego Petrus levita, sancte Pisane ecclesie canonicus, subscripsi.

+ Ego Lambertus, Pisane ecclesie canonicus, subscripsi.

+ Ego Gualandus, Pisane aecclesiae subdiaconus et canonicus, subscripsi.

Signa + manuum iamscriptorum Sismundi, Bernardi, Pacci, Cavalli, Baldarelli, Gerardi, rogatorum testium.

(S) Ego Ugo, notarius apostolice sedis, interfui et iussione iamscripti archiepiscopi hec manu mea firmavi et complevi et dedi.

13 novembre 1154 a

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 15. Diplomatico generale n. 418. 1155 novembre 13 stile pisano. Indizione 3. LUNGA.

Edizioni:

BONAINI, *Statuti inediti inediti della città di Pisa dal XII al XIV secolo*, vol. I, Firenze 1854, pp. 319-320.

Regesto:

Villano, arcivescovo di Pisa, dona a Pietro, rettore dello spedale del ponte di Ugione, un pezzo di terra posto nel capo di Tombolo vicino alla Stagno, con la chiesa di san Leonardo ivi fabbricata, per fabbricarvi un ospedale ad uso dei poveri. Il pezzo di terra confina da un capo col mare e dall'altro col detto Stagno, da un lato con la via Traversagna e carrareccia, che dal mare porta alle capanne di Foscoli dove abitano i pescatori. La via Travesagna dal mare allo Stagno è lunga 32 pertiche; dalla croce della via Traversagna fino allo Stagno, nel punto dove è la capanna del pescatore dell'arcivescovo, ci sono 290 pertiche.

Fatto in Pisa nella curia arcivescovile.

Rogò Uguccione notaio.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo quinto, Idus novembris, indictione tertia.

Manifestus sum ego Villanus, dei gratia Pisanę ecclesię archiepiscopus, quia communi consilio Homicii vicedomini nostri et aliorum nostrę curię fidelium, pro honore et amore dei, ad hospitium pauperum hedificandum, per hanc cartulam inrevocabiliter dono, cedo atque largior tibi Petro, religioso viro, rectori hospitalis pontis Auscionis, unam petiam de terra posita in capite Tomuli iuxta Stagnum, cum ecclesia ibi ędificata, cui vocabulum est sancti Leonardi, que tenet unum caput in mari, alterum caput cum uno latere in predicto Stagno, aliud latus tenet in via Traversagna et carraricia, que percurrit a mari usque ad capannas Fosculi ubi morantur piscatores; et est a predicto capite maris ab ipsa via Traversagna usque ad Stagnum per mensuram ad iustam perticam mensuratoriam pertiche triginta duo; et a cruce iamscripte vie per transversum inter Stagnum et prenominatam ecclesiam usque ad Stagnum, ubi capanna piscatoris archiepiscopi est, per mensuram est pertiche ducentas nonaginta; videlicet ut iamscripta petia de terra cum denominata ecclesia sit iuris prefati hospitalis quod in eadem terra edificabitur, iure proprietario, quatenus hospitale in predicta terra ordinatum, absque¹ contradictione mea qui super archiepiscopi et meorum successorum seu cuiuslibet persone, ad solum pauperum usumfructum et commodum in omnibus futuris temporibus ad honorem dei inretractabiliter habeatur et perseveret, salva tamen in omnibus iustitia et obedientia atque ordinatione mea qui super archiepiscopi et meorum successorum.

Quam meam donationem et largitionem si ego qui super archiepiscopus vel mei successores quolibet modo retollere vel diminuire quesierimus aut si apparuerit ullum nostrum datum vel factum contra hanc donationem et ordinationem et omni tempore predictam petiam de terra, cum prenominata ecclesia, prefato hospitali quietam et ab omnibus inquietudinibus liberum² esse non permiserimus per aliquod ingenium, spondeo ego qui super archiepiscopus, una cum meis successoribus, componere tibi iamscripto Petro hospitalis rectori tuisque successoribus ad partem prenominati hospitii iamscriptam meam donationem et largitionem in duplum in ferquido loco, sub extimatione qualis tunc fuerit. Ita etiam ut tu qui super Petrus rector neque aliquis tuorum successorum non possis aliquo modo vendere vel alienare de predicta petia de terra sine consilio et voluntate mea qui super archiepiscopi et meorum successorum.

¹ absque *ripetuto*.

² sic.

Ut autem hec nostra ordinatio semper inviolabiliter perseveret et in futuro apertissime et verius credatur, hanc cartulam Uguicionem notarium sacri palatii, ad laudem et honorem omnipotentis dei, scribere rogavimus.

Actum Pisis in iascripta mea qui super archiepiscopi curia.

+ Ego Villanus Pisanus indignus archiepiscopus subscripsi.

+ Ego Homicius dictus Pisanus vicedominus subscripsi.

+ Ego Leo archipresbiter interfui et subscripsi.

+ Ego presbiter Ugo et canonicus atque plebanus subscripsi.

+ Ego presbiter Bernardus et canonicus Pisanę æcclesię interfui et subscripsi.

+ Ego Iohannes presbiter Severinus subscripsi.

+ Ego Uguicio notarius, precepto Guidonis Ciprinelli presbiteri et canonici, qui prefatam crucem fecit, subscripsi.

+ Ego Bernardus diaconus et canonicus subscripsi.

+ Ego Benincasa Pisane ecclesie diaconus subscripsi.

+ Ego Rainerius diaconus et canonicus subscripsi.

+ Ego Petrus diaconus et canonicus subscripsi.

+ Ego Portonarius canonicus et subdiaconus subscripsi.

Insuper etiam prenominatus donnus archiepiscopus concessit prefato Petro hospitalis rectori et suis successoribus convenientem usum pascui, bobis videlicet et vaccis, iumentis atque equibus, in suo Tomulo ad sufficientiam iamdicti hospitii; tamen ad voluntatem sit et arbitrium eiusdem archiepiscopi et suorum successorum auferendi et dimittendi prefatum usum pascui.

(S) Ego Uguicio, notarius sacri Lateranensis palatii, post traditam complevi et dedi.

13 novembre 1154 b

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 16. Diplomatico generale n. 419. 1155 novembre 13 stile pisano. Indizione 3. CORTA.

Regesto:

In conseguenza della precedente donazione, l'arcivescovo ordina che ogni prete, che pro tempore sia o sarà destinato alla chiesa di San Leonardo, rifiuti i suoi propri beni in mano di Pietro, rettore dell'ospedale medesimo, o dei suoi successori e non ardisca rimanere in tale chiesa, se prima non avrà fatto tale rifiuto.

Fatto in Pisa.

Rogò Uguccione notaio del sacro palazzo.

Originale:

In aeterni dei nomine amen. Breve pro futuris et modernis temporibus ad memoriam habendam et retinendam, qualiter donnus Villanus, dei gratia Pisanę ecclesię venerabilis archiepiscopus, dedit firmiterque concessit atque largitus est, pro honore et amore dei, ad hospitium pauperum hedificandum, Petro, religioso viro, rectori et operario hospitalis pontis Ausionis, quendam petiam terre sitam in capite Tomuli iuxta Stagnum, cum ecclesia cui vocabulum est sancti Leonardi, sicut in carta scripta per manum Uguicionis notarii declaratur.

Unde voluit prefatus donnus archiepiscopus firmiterque statuit quatinus presbiter, qui pro tempore in iamdicta ecclesia constitus erit, refutet proprium in manu predicti Petri iamscripti hospitalis et pontis rectoris et suorum successorum, qui pro tempore erunt in predicto hospicio quod in prefata terra hedificabitur, et ad eorum sit voluntatem et non audeat aliquis presbiter in prenominata ecclesia manere si hoc idem non fecerit, salva tamen in omnibus obedientia et ordinatione, iustitia atque reverentia iamscripti donni archiepiscopi et suorum successorum.

Et ut in omnibus temporibus¹ firma et stabilita necnon inconvulsa permaneant, hoc scriptum denominatus donnus archiepiscopus Uguicionem notarium sacri palatii scribere rogavit.

Actum Pisis in predicti donni archiepiscopi curia, presentia Rainerii de Perlascio filii quondam item Rainerii Frederici, Rainaldi filii quondam Siberti, Ormanni filii quondam Ildebrandi, Alkerii filii quondam *****, anno dominicę incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo quinto, Idus novembris, inditione tertia.

+ Ego Villanus, Pisanus archiepiscopus, subscripsi.

+ Ego Homicius dictus Pisanus, vicedominus, subscripsi.

+ Ego Ugo, presbiter et canonicus atque plebanus, subscripsi.

+ Ego Iohannes, presbiter Severinus, subscripsi.

+ Ego Uguicio notarius, precepto Guidonis Ciprinelli presbiteri et canonici, qui prefatam crucem fecit, subscripsi.

+ Ego Leo archipresbiter interfui et subscripsi.

+ Ego Bernardus, presbiter et canonicus, interfui et subscripsi.

+ Ego Grataterra, canonicus et diaconus, subscripsi.

+ Ego Petrus, diaconus et canonicus. subscripsi.

+ Ego Bernardus, diaconus et cononicus, subscripsi.

+ Ego Portonarius, subdiaconus et canonicus, subscripsi.

(S) Ego Uguicio, notarius sacri Lateranensis palatii, hoc scriptum, precepto suprascripti archiepiscopi, manu mea scripsi et complevi et dedi.

¹ temporibus *ripetuto*.

19 maggio - 17 giugno 1155

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 17. Diplomatico generale n. 423. 1156 maggio 19 stile pisano. Indizione 3. LUNGA.

Note:

Sul verso di mano del XVII sec.: «*Donatione al monastero in Nuula*»; di mano del XIX secolo: «*S. Lorenzo alle Rivolte 19 maggio 1156*».

Regesto:

Duozo e Teperto, figli del fu Marignano, a nome anche di Ceppo loro fratello e dei figli di Ronke loro nipoti, e Leonardo e Getolino, figli del fu Conetto, danno in livello a Rodolfino di Gerardo un pezzo di terra con un casalino posto in Nugola, che hanno in beneficio dall'arcivescovo di Pisa. Questo livello dovranno goderlo il detto Rodolfino e i suoi figli e figlie ed i figli che nasceranno dai medesimi, con l'obbligo di pagare ogni anno in Fasiano nel mese di ottobre 2 soldi; quando il livello arriverà ai nipoti allora dovranno essere pagati 10 soldi.

Fatto in Fasiano.

Segue un altro atto del 17 giugno 1155: Duozo e gli altri fratelli allivellano a Rodolfino del fu Gerardo Pisano in perpetuo tutto ciò che hanno a Nugola e nei suoi confini, stabilendo che egli dia ogni anno in Fasiano, avanti pasqua, 11 quarre di grano e 5 soldi meno 2 denari.

Fatto nella chiesa di san Frediano.

Rogò Opizzo, giudice e notaio della sede apostolica.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinquagesimo sexto, indictione tertia, quartodecimo Kalendas iunii.

Manifesti sumus nos Duozo et Teperto, germani, filii quondam Marignani, quia pro nobis et pro Ceppo, fratre nostro, et pro filiis Ronke, nepotibus nostris, et nos Leonardo et Getholino, germani, filii quondam Conetti, per hanc cartulam libellario nomine ad censsum perexolvendum dare videmur tibi Rodolfino filio Gerardi unam petiam de terra que est casalinum, posita a Nuvila, quam habemus in beneficio ab archiepiscopo sancte Marie de Pisa; que tenet ***** ut ammodo in tua et de tuis heredibus et etiam nepotibus, natis ex filio tuo vel filia, sit potestate cum sua pertinentia habendi, tenendi, usufructuandi, laborare faciendi et meliorandi; et exinde omnibus nobis vel nostro certo misso omnium vel unius ex nobis sive nostris heredibus omni anno in mense obtubris censum reddere debeatis a Fasiano bonorum denariorum nostre monete expendibilium solidos duos vel uni ex nobis, ita ut cum pervenerit ad nepotes natos ex filio tuo vel filia, nepotes adhuc pro servitio dent solidos decem tunc.

Et si omni anno pensionem non solveritis ut dictum est debeatis infra sex menses proximos redere pensionem duplatam de ipso anno, in aliis annis solidos duos ut supra dictum est sine pena.

Et si omnia tu et tui heredes et nepotes per vos vel per vestrum missum taliter adimpleveritis et conservaveritis ut dictum est, et nos vel nostri heredes donec in beneficio habebimus iascriptam terram quam vobis libellario nomine dedimus, eam vobis retulerimus vel aliquid amplius superimposierimus per quodlibet ingenium, spondemus nos nostrosque heredes componere vobis vestrisque heredibus penam decem librarum optimi argenti, et data pena insuper etiam libello firmo permanente.

Insuper iascriptus Duozo et Tepertus obligaverunt se et suos heredes per stipulationem iascripto Rodolfino ad penam decem librarum denariorum quod erunt ei et suis heredibus auctores et defensores a iascriptis filiis quondam Ronke, nisi eos similiter fecerint facere libellum de iascripta terra, ut ipsi fecerunt de sua parte.

Et in tali ordine hec scribere rogaverunt me Opithonem notarium apostolice sedis.

Actum Fasiano.

Signa ++ manuum iascriptorum germanorum qui hoc libellum fieri rogaverunt.

Signa ++ manuum Pelavicini quondam Martini et Marignani quondam ***** et Adtholini filii Bolli, testium.

Post hec, anno domini millesimo centesimo quinquagesimo sexto, indictione tertia, quintodecimo Kalendas iulii, Ceppus filius quondam Marignani firmavit et ratum habuit hoc quod supra scriptum est et iascripti germani sui fecerunt pro se.

Actum in ecclesia sancti Fridiani, in testimonio Odimondi Bolli quondam Odimondi et Viviani et Alberti germanorum quondam ***** et Garfanini quondam Uberti et Vicini quondam Ugonis.

Item nos Ceppus et Duofo et Tepertus, germani, filii quondam iascripti Marignani de Fasiano, pro nobis et pro iascriptis nepotibus nostris filiis quondam Ronke, locamus tibi iascripto Rodolfino filio quondam Gerardi Pisani et etiam tuis heredibus in perpetuum donec in beneficio habebimus vel qualitercumque nos vel nostri heredes, totum quod habemus a Nuvila et in eius finibus et da Le Serre et di Cartaula vel alibi in iascriptis finibus, ita quod omni anno detis nobis vel nostris heredibus sive nostro certo misso, omnium nostrum vel unius ex nobis, a Fasiano, per vos vel vestrum missum, undecim quarras de bono grano nostrato ante pasca natalis domini et solidos quinque minus denarios duos.

Et si ita omni anno tu vel qui de te fuerint semper ita nobis vel nostris heredibus vel qui de his fuerint, aut nostro misso omnium nostrum vel unius ex nobis semper persolveritis et nos qui supra germani vel qui de nobis fuerint in infinitum, donec in beneficio habebimus, vel qualitercumque quod dictum est vobis tulerimus aliquo tempore vel molestaverimus, promittimus tibi et tuis heredibus in infinitum penam centum solidorum denariorum, insuper firmiter etiam hoc contractu permanente data pena.

Et ego Rodolfinus e converso si ita non observavero vel mei heredes, promitto vobis penam quadraginta solidos de eo anno in quo non observavero, contractu tamen firmo permanente in aliis annis.

Actum in eadem ecclesia sancti Fridiani, eodem die et mense et anno et indictione, in presentia iascriptorum testium, scilicet Odimondi Bolli et Viviani et Alberti germanorum et aliorum qui fuerunt in iascripta firmatione Ceppi.

Et etiam iascriptus Duofo et Tepertus et Ceppus cum eis promiserunt ei Rodolfino penam decem librarum denariorum, pro filiis quondam Ronke, quod erunt ei auctores et defensores ab eis de hac locatione, ut supra in libello dictum est, nisi fecerint firmare ipsam ut de libello dictum est.

(S) Ego Opitho, iudex et notarius apostolice sedis, iascriptis omnibus interfui et ad futuri temporis memoriam hec scripsi et complevi.

30 marzo 1159

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta, n. 21. Diplomatico generale n. 451.

1160 marzo 30 stile pisano. Indizione 7. CORTA.

Edizioni:

P. VIGO, *Un documento inedito del 1160*, in: *Miscellanea di Storia ed Erudizione Livornese*, I(1):3-4, 1910.

Regesto:

Enrico del fu Alcherio di Livorno e sua moglie Gontilda, figlia del fu Benincasa campanaro, vendono a Pietro, che compra a nome dell'ospedale di san Leonardo di Stagno, due pezzi di terra posti in Livorno presso la chiesa di santa Giulia in luogo detto Trebialdule, al prezzo di 116 soldi.

Fatto in Pisa in Kinzica.

Rogò Benincasa notaio apostolico.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo sexagesimo, indictione septima, tertio Kalendas aprelis.

Manifesti sumus nos Henricus filius quondam Alcherii de Livorna et Gontilde iugalis eius et filie quondam Benencase Campanarii, quia communiter et consentiente michi suprascripto viro meo, ubi interesse videtur notitia duorum proximorum meorum, videlicet Pantoneri et Bernarducii, germani mei, a quibus secundum legem interrogata et cognita sum nullam pati violentiam set pura et integra mea bona voluntate secundum edicti paginam, per hanc cartulam communiter vendimus et tradimus tibi Petro de ospitale de Stagno, ad partem eiusdem ospitalis, duas petias de terra posita in Livorna ubi dicitur Trebialdule prope ecclesiam sancte Iulie.

Cuius prime petie caput, a meridie situm, vie publice coniungitur, alterum caput cum uno latere in terra filiorum quondam Alberii, aliud latus terre Petri germani mei qui super Henricus et in terra iamscriptorum filiorum quondam Alberii; et est per mensuram ad iustam seminaturam stariorum unum et scale duo et quarta unius scale.

Secunda petia tenet unum caput in predicta terra et in terra iamscriptorum filiorum quondam Alberii, alterum caput in terra ecclesie sancte Marie de iamscripta Livorna, latus autem ab occidente coheret terre Pellarii quondam Gualandi, aliud latus terre iamscriptorum filiorum quondam Alberii; et est per mensuram ad iustam seminaturam stariorum unum et dimidium et scala una.

Predictas itaque duas petias de terris cum omni sua pertinentia, qualiter ab omni parte circumdate et mensurate sunt per desingnata loca, in integrum cum inferioribus et superioribus suis seu cum finibus et ingressibus suis et cum omni iure et proprietate et actione sua tibi eam, ut dictum est, ad partem iamscripti ospitalis vendimus et tradimus.

Unde in his scriptis confitemur nos pretium a te recepisse bonorum denariorum monete nunc currentis solidos centum sedecim in prefinito.

Quam nostram venditionem et traditionem si nos qui super iugales vel nostri heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel ninuhere quesierimus per aliquod ingenium tibi qui super Petro vel tuis rectoribus successores aut cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere¹ non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos vobis componere iamscriptam nostram venditionem et traditionem in duplum in ferquido loco, sub extimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hec scribere rogavimus Benencasam notarium apostolice sedis.

Actum Kinthice prope ecclesiam sancti Cassiani de Ripa Arno.

Signa ++ manuum iamscriptorum iugalium, qui hanc cartulam communiter et consentientes fieri rogavit.

¹ defendendefendere.

Signa ++ manuum iamscriptorum Pantoneri et Bernarducii, qui interfuerunt et prefata Gontilda interrogaverunt.

Et investierunt eum inde ad proprietatem et preceperunt ei ut suo nomine in eiusdem terre corporalem possessionem intret. Et insuper miserunt ei in manum Rosselminum quondam Borgulini ut inde in possessionem mittat.

Signa ++ manuum Conte filii quondam Ugonis, Barucii filii Rustici et iascripti Rosselmini, rogatorum testium.

(S) Ego Benencasa, notarius apostolice sedis, post traditam complevi et dedi.

25 luglio 1159 - 11 agosto 1159

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 22. Diplomatico generale n. 454. 1160 luglio 25 stile pisano. Indizione 7. LUNGA.

Regesto:

I conti Gerardo e Ranieri figli del fu Gerardo e Adalascia del fu Guinaldo, moglie del primo Gerardo, donano a Pietro spedalingo dello spedale di san Leonardo di Stagno, che riceve per lo spedale di Linalia, tutte le proprietà che hanno avuto da uno scambio fatto con Buthatello e fratelli di San Miniato, poste nel distretto della curia di Bibbona lungo la strada che passa vicino l'abbazia di Massa e va verso il mare, e che detengono personalmente o che fanno lavorare da altri ricavandone un quarto, un terzo o la metà del loro reddito. Inoltre donano la terra chiamata Machia, posta a Ischeto sotto Guardistallo tra lo Sterza e il Cecina, e la terza parte di un mulino situato sul Cecina sotto l'abbazia di santa Maria di Montescudaio nel luogo detto Guado alla Lepre. Per questa donazione ricevono da Pietro un anello d'oro.

Fatto in Pisa, nel monastero di sant'Andrea, nella camera del chiostro in cui il conte Gerardo giaceva ammalato.

Rogò Guido notaio apostolico.

In seguito, il giorno 11 agosto, Ermenia, moglie del conte Ranieri, stando nella sua casa di Settimo, alla presenza di suo marito Ranieri e del fratello di questi, il conte Gerardo, ratifica la donazione. Così i quattro ordinano a Pietro e a Enrico Balordo, suo confratello, di prendere possesso dei beni per conto del detto spedale.

Fatto in Settimo.

Rogò Bernardo notaio apostolico.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo sexagesimo, indictione septima, octavo Kalendas augusti.

Manifesti sumus nos Gerardus et Rainerius comites, germani et filii quondam Gerardi, et Adalascia, iugalis iamscripti Gerardi et filia quondam Guineldi, quia, consentiente michi suprascripto Gerardo comite viro meo, ubi interesse videtur notitia Guidonis iudicis, a quo interrogata et cognita sum nullam me pati violentiam set pura et libera bonaque mea voluntate secundum edicti paginam, per hanc cartulam communiter donamus atque offerimus tibi Petro hospitalerio hospitalis de Stagno, pro hospitali de Linalia suscipienti, totum illud quod nobis obvenit ex cambio a Buthatello et fratribus filiis quondam ***** de Sancto Miniato, quod videlicet pertinet nobis in districtu curie de Bibboni, scilicet sicut trahit et protenditur strata illa que iuxta Masię abbatiam versus mare percurrit, quod videlicet ad manus nostras nostrumque donicatum laborare facimus, unde quarti tertii atque medii redditus habemus.

Item donamus et offerimus tibi ipsi Petro, pro eodem hospitali de Linalia recipienti, terram illam que dicitur Machia, posita in Ischeto sub Guardistallo inter Stersiam et Cecinam.

Item partem tertiam unius molendini, quod sit in Cecina subtus abbatiam sanctę Marię de Montescutario in loco qui dicitur Vado ad Leprem, et si inferius vel superius aliquo in tempore iamdictum ordinabitur molendinum.

Predicta igitur omnia sicut superius sunt expressa et designata, qualiter ab omnibus suis partibus circumdata sunt et infra eorum ambitus continentur, cum inferioribus et superioribus et cum finibus et ingressibus suis et cum omni iure et actione ac proprietate eorum, in tegrum tibi, ut dictum est supra, communiter donamus atque offerimus.

Pro qua nostra donatione atque oblatione meritu a te pro iamdicto hospitali anulum unum de auro suscepimus.

Quam nostram donationem pariter et oblationem, si nos aut nostri heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel minuere queşierimus ingenio quolibet iamscripto hospitali de Linalia vel his qui temporaliter hospitalerio succedent in eodem hospitali ordine aut cui ipsi

hospitalerii dederint vel habere disposuerint, et si nos exinde auctores ac defensores dare voluerint et eam illis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos et nostros heredes eam tibi et tuis successoribus et cui habere statueritis et pro iamdicto hospitali tibi recipienti penę nomine in duplum composituros.

Et taliter Guidonem, sedis apostolicę iudicem et notarium, hec scribere rogavimus, hoc tamen addito quod si predictus ego Gerardus comes me vivente voluero ad ipsum meum de iamdictis redditibus recolligere liceat michi habere.

Actum infra claustrum monasterii sancti Andree siti Pisis et in camera in qua predictus comes Gerardus non sanus iacebat.

Signa manuum iamscriptorum comitum et Adalascię iugalis prefati comitis Gerardi, qui hanc cartulam communiter fieri rogaverunt.

Signa manuum Panculi quondam Martini, Henrici quondam Rodulfi Lagii, Ildebrandi quondam Ughicionis, rogatorum testium.

Et investierunt inde ad proprietatem pro iamdicto hospitali, precipientes ut possessionem intret.

(S) Ego Guido, sedis apostolicę iudex et notarius post traditam complevi et dedi.

Postea vero eodem anno et eadem indictione, videlicet proximo tertio Idus augusti, Hermenia uxor comitis Rainerii et filia Aliotti de Latareto, consentiente sibi iamscripto viro suo, sub notitia et interrogatione Ildebrandi iudicis a quo interrogata est et cognita nullam pati violentiam set pura et integra sua bona voluntate secundum edicti paginam, predictam donationem et oblationem, presentibus comite Gerardo et aliis infrascriptis testibus, confirmavit ad penam dupli. Unde etiam predictum Petrum et Henricum dictum Balordum, confratrem suum, pro iamdicto hospitali de Linalia, ad proprietatem nomine prefate duple pene investivit et ut in possessionem ingrediantur pro nominato hospitali precepit.

Actum in Septimo, domo iamscriptorum iugalium et comitis Gerardi, in presentia et testimonio Guidonis Tedicii et Ildebrandi Homicii et Marzucci Gaietani et Blanci quondam Guidonis Berithi, presente me Bernardo notario, qui hec ad veritatis memoriam scripsi.

+ Ego Ildebrandus, domini Frederici Romanorum imperatoris iudex ordinarius, interfui et subscripsi.

(S) Ego Bernardus, apostolice sedis notarius, ibi fui et hec rogatu iamscripte Hermenie, consensu prenotati viri sui et sub prefata interrogatione, ad veritatis evidentiam denotavi, complevi et dedi.

15 febbraio 1160

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 20. Diplomatico generale n. 448.
1160 febbraio 15 stile pisano=stile comune. Indizione 8. CORTA.

Note:

Pergamena in buono stato di conservazione. Inchiostro unico.

Sul verso di mano del XVII secolo: «1160 febbraio 15».

Regesto:

Gualando del fu Finocchio e Giulia sua moglie, figlia del fu Odimando, vendono a Pietro, rettore dell'ospedale di Stagno, la metà di un pezzo di terra con vigna posto nel Piano di Porto in luogo detto Murrotto, di staiora 4 e panori 7 di terreno seminativo, al prezzo di 40 soldi di denari per ciascuno staioro, che fanno la somma di 9 lire e 20 denari.

Fatto in Kinzica, vicino alla chiesa di san Casciano.

Rogò Benencasa, notaio della sede apostolica.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo sexagesimo, indictione octava, quintodecimo Kalendas martii.

Manifesti sumus nos Gualandus filius quondam Finochi et Gilia, iugales eius et filia quondam Odimundi, quia communiter et consentiente michi iamscripto viro meo, ubi interesse videtur notitia Ildebrandi iudicis ordinarii, a quo secundum legem interrogata et cognita sum non pati violentiam set pura et integra mea bona voluntate secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Petro, rectori ospitalis de Stagno, ad utilitatem eiusdem ospitalis, unam integram petiam de terra cum vinea, posita in Plano de Portu, loco ubi nominatur Murroto, cuius unum caput ab oriente cum uno latere ab aquilone in terra Gerardi¹ quondam Guidonis Bolgarelli, aliud vero caput coheret terre filiorum quondam Rolandi, aliud vero latus copulatur terre sancti Ruxorii; et est per mensuram ad iustam seminaturam stariora quatuor et panora septem, vel plus quantamcumque inventa fuerit similiter tibi vendimus.

Predictam integram petiam de terra cum omni sua pertinentia, qualiter ab omni parte circumdata et mensurata est per desingnata loca, in integrum cum inferioribus et superioribus suis seu cum finibus et ingressibus suis et cum omni iure et proprietate et actione sua tibi eam, ut dictum est, ad partem eiusdem ospitalis vendimus et tradimus. Pro solidis quadraginta denariorum per unumquemque stariorum, et sunt in summa libre novem et denari viginti, solutis nobis in prefinito.

Quam nostram venditionem et traditionem, si nos qui super iugales vel nostri heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel minuhere quesierimus per aliquod ingenium tibi iamscripto Petro vel tuis successoribus aut cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensavimus, spondemus nos vobis componere iamscriptam nostram venditionem et traditionem in duplum in ferquido loco, sub extimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hec scribere rogavimus Benencasam notarium apostolice sedis.

Actum Kinthica prope ecclesiam sancti Cassiani.

Signum manuum iamscriptorum iugalium, qui hanc cartulam communiter et consentientes fieri rogaverunt. Et investierunt eum ad proprietatem precipiens ei ut in possessionem eiusdem terre suo nomine ingrediatur.

+ Ego Ildebrandus, donni Federici Romanorum imperatoris iudex ordinarius, interfui et subscripsi.

Signa ++ manuum Henrici filii quondam Alboni, Sporta filii quondam Guarnerii, Henrici filii quondam Stephani, rogatorum testium.

(S) Ego Benencasa, notarius apostolice sedis, post traditam complevi et dedi.

¹ Gerardi scritto su rasura.

18 novembre 1160

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 23. Diplomatico generale n. 464
1161 novembre 18 stile pisano. Indizione 9. LUNGA.

Regesto:

Rasca figlio del fu Ugo di Gusmaro e Bella sua moglie e figlia del fu Ugo di Ludovico, col consenso di Guido del fu Glandulfo e Pietro del fu Signorello, di lei parenti, vendono a Ughicione figlio di Giusto due scale di terra poste in Kinzica a Ripa d'Arno, vicino alla chiesa di san Paolo, per il prezzo di 7 lire. I venditori si impegnano a costruire una strada che dal detto pezzo di terra vada fino all'Arno e il compratore si impegna a costruire analoga strada attraverso la terra che ha comprato.

Fatto in Pisa in Porta a Mare, nella casa di Rasca.

Poi il 26 dicembre seguente, Rasca confessa di aver ricevuto tutto il prezzo pattuito.

Rogò Guido notaio del sacro palazzo.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo sexagesimo primo, indictione nona, quartodecimo Kalendas decembris.

Manifesti sumus nos Rasca filius quondam Ugonis Gusmaris et Bella eius uxor et filia quondam Ugonis Lodoyci, quia communiter et michi Belle consentiente [predic]to viro meo, sub notitia Guidonis quondam Glandulfi et Petri quondam Signorelli, parentum meorum propinquorum, a quibus secundum legem interrogata sum et cognita nullam pati vim aut violentiam, set pura et libera bonaque mea voluntate secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Ughicioni filio Iusti duas scalas de terra per mensuram ad iustam perticam mensuratoriam, positas ex parte Kinsice in loco dicto Ripa de Arno prope ecclesiam sancti Pauli, que tenent unum caput in terra hospitalis de Stangno, aliud in terra Alberti quondam Rainulfi, latus unum in terra nostra quam nobis reservamus, aliud latus in terra Straderii quondam Bellandi, quam ei vendidimus, per quam terram scilicet Straderii et eam que ipsi terre eiusdem Straderii coheret tenentem caput in Arno, promitto me ego prescriptus Rasca tibi id acturum quod via fietur currens usque ad Arnum sive iuxta terram predicti hospitalis sive iuxta terram prefati Albertini, ampla tantum quantum et tu iamscriptus emptor et predictus Straderius et ceteri qui de alia terra iamscripta quam nobis reservamus emerint concordaverint, per quam habeas ius eundi et redeundi et deferendi omnia que tibi placuerint et ducendi per eam iumentum et etiam vehiculum, ita tamen quod tu in prescriptis duabus scalis a nobis tibi venditis viam tantundem amplam facias per quam idem ius quod tu in predicta habeam.

Predictas itaque duas scalas de terra, qualiter ab omni parte circumdate sunt per designata loca, in integrum cum inferioribus et superioribus et finibus et ingressibus suis et cum omni iure et proprietate et pertinentia et actione sua tibi iamscripto Ughicioni ut prescriptum est vendimus et tradimus.

Pro pretio bonorum denariorum librarum septem in prefinito.

Quam nostram venditionem et traditionem, si nos qui super Rasca et Bella iugales vel nostri heredes sive aliquis cui nos eam dedissemus aut dederimus vel a nobis submissus, ingenio quolibet vel modo, retollere vel subtrahere aut diminuere vel impedire quesierimus tibi iamscripto Ughicioni vel tuis heredibus sive cui eam dederitis vel habere statueritis et si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis ab omnibus defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos nostrosque heredes composituros tibi predicti Ughicioni et tuis heredibus ac quibus dederitis iamscriptam nostram venditionem et traditionem in duplum in ferquido loco, sub estimatione qualis tunc fuerit. Et in tali ordine hanc cartulam Guidonem, sacri palatii notarium scribere rogavimus.

Actum Pisis Porta Maris, domo iamscripti Rasce.

Signa manuum iamscriptorum iugalium, qui hanc venditionis cartulam, ut iamscriptum est, fieri rogaverunt.

Signa manuum iascriptorum Guidonis et Petri, iascriptam Bellam interrogantium, et Agasthe quondam Ughicionis et Bonaci quondam ***** [et] ...ciarei quondam Bonfilii et Straderii iascripti atque Maimonis quondam Martini, rogatorum testium.

Coram quibus iascripti venditores preceperunt iascripto emptori ut corporaliter in possessionem iascripte terre vendite pretio iascripto Rasche soluto ingrediatur et eam possideat.

Post hec, anno et indictione iascripta et septimo Kalendas ianuarii, iascriptus Rasca in presentia et testimonio Bernardi Bulliafave et Dodonis de Fasiano confessus est se accepisse totum iascriptum pretium, idest libras septem et se inde bene pacatum¹ fore a iascripto Ughicione emptori clamavit et dixit.

(S) Ego Guido, sacri Lateranensis palatii notarius, post traditam complevi et dedi.

¹ patum.